

INSTITUTIONES  
IVRIS CANONICI,

QUIBVS IVS PONTIFICIVM

SINGVLARI METHODO

LIBRIS QVATVOR

comprehenditur;

AB IO. PAVLO LANCELOTTO PERV-

sino Conscripta; & in Aula Romana, mandato Pont.

Max. ab illustribus viris olim recognita.

His nouissimè accesserunt Interpretationes, quas Glossas vocant; quibus loca omnia, vnde cōtextus desumptus est, indicantur; pleraq; declarantur; nonnulla per Sacrosanctum Concilium Tridentinū hodie immutata adnotātur.

Item Commentariolum, quo conscripti operis & ratio, & historia quaedam continetur.

Accessit etiam ipsius Lancelotti opusculum, DE COMPA-  
RATIONE VTRIVSQUE IVRIS.



LUGDVNI,  
APVD GVLIELMV M ROVILLIVM.

M. D. LXXIX.

CVM PRIVILEGIIS SVMMI PONTIFICIS, CÆS. MAIEST.

Regis Christianissimi, Illustriss. Senatus Veneti, &  
Catholici Regis Neapolis.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



IOAN. FRANCISCVS  
CARDINALIS DE GAMBARA

I. O. PAVLO LANCELOTTO

L. C. S. D.

**D**E Institutionibus ad Ius Canonicum à te conscriptis, quas nuper ad me misisti, est quidem quòd tibi gratias agam, sunt enim huiusmodi ut eas ego loco magni à te muneris, habere debeam. Sed omnino nimis diuturna libri huius expectatione nos torsesti, agitur enim annus sextusdecimus quo ego Perusie te preceptore prima Iuris Ciuilis initia urgebam, & tu iam tum opus huiusmodi sub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, unde quòd tam diu illud continueris erit fortasse qui te accuset. Qui dicam? quòd ne nunc quidem illis editis fidem tuam liberasti? etenim Commentarij quod prateritis annis edidisti libro secundo asseris à te quedam in contexendis Institutionibus consulto fuisse pratermissa, quòd ea notulis nescio quibus explicaueris, ac quasi cum scenore reddideris, & tamen notulas nullas: quas viderim, editis à te nuper Institutionibus adscripsisti. Quod licet ego, cui tuum iam pridem perspectum est



# INSTITUTIONVM IVRIS CANONICI

## LIBER PRIMVS.



**I**O. PAVLV S. In huius operis principio. quædã sunt prænotanda, videlicet, quæ sit autoris intencio, quæ materia, quæ utilitas, cui parti Philosophiæ supponatur,

quis modus agendi, & quis libri titulus. Intencio autoris fuit scribere pro tyronibus librũ ad facilitatem introductionẽ

**I. O. PAVLV S. \* LANCILOTTVS**

**L. C. PERVSINVS<sup>b</sup>, IVRIS**

**Pontificij candidatis<sup>c</sup> S. d.**

ad Iuris Canonici cognitione, & ad similitudinem Iuris ciuilib. Putabat id conuenire vt scriberetur nomine Pontificio vt claret in Proemio. & in j. lib. commentarij, vbi de hoc latissime dicit.

Materia, sunt omnes libri Iuris Canonici hæctenus recepti, vnde hæc institutiones fuerũt desumptæ, & res in dictis libris contentæ.

Utilitas est, quia his institutionibus lectis & intellectis facilius peruenitur ad cognitionem Iuris Canonici: & sic peruenitur ad scientiam discernendi inter æquum & iniquum, & reddendi unicuique quod suum est. xij. q. ij. c. cum deuotissimam. & in l. de iustit. & iure §. iuris.

Supponitur Ethicæ, id est, morali scientiæ, sicut & alij libri Iuris: vnde inquit Imperator hominũ mores in te adimus corrigere. l. j. C. de secun. nupt. & infra de vi. & hon. prælat. per totum.

Modus agendi est talis. Proemio proposito ac præfixo diuidit autor opus suũ in quatuor partes, siue libros. In prima parte postquã posuit originẽ, & ex quibus constat Ius Canonicũ, tractat de personis & eorũ officiis & beneficiis: in secunda tractat de rebus tam spiritualibus quã temporalibus: in tertia de iudiciis ciuilibus: in quarta de iudiciis criminalibus & de cõsuris ecclesiasticis quas quis incurrit ob cõmissa crimina: & sic terminat opus suũ diuidit illud in quatuor partes. Vnde verius:

*Perusinas nos prima docet pars, Resque secunda,*

*Tertia dat Iudices, Crimina quarta premit.*

Est autẽ quaternarius numerus, secundũ Pythagoricos, insignis & nobilis. Hinc copula conjugalis est restricta vsq; ad quartũ gradum: hinc quatuor elementa, quatuor in corpore humores, quatuor celi plagæ, quatuor anni tempora, quatuor venti cardinales: & substantia est quadripartita, cũ alia sit corporalis tantum, alia vegetatiua, alia sensitua, alia intellectuua: itẽ nomen Dei tetragramaton, id est, quatuor literarũ, & ex quaternario oritur Decas: nã vnũ, duo, tria & quatuor producũt decem: quæ decas est omnium rerum generalissima. de qua per Tiraq. de præscrip. §. j. glo. iij. super verbo per decem annos, & per Rodig. lect. antiq. lib. xij. c. ix. Titulus est & operis inscriptio, Institutiones Iuris Canonici, quia scilicet his inuenies ad perfiscendũ

Ius Canonicum instituũtur & ordinãtur. Sũt enim institutiones, præceptiones ac elementa quædam, siue disciplinæ cuiuslibet elementa: alias autẽ verbũ instituo variè sumitur, vt not. j. de instit. in rub. b. Perusinus, id est, de Perusia, quæ est antiquissima, & inter primarias Etruriciæ ciuitates, peperitq; semper viros bellica laude & vtriusque Iuris sciẽtia insignes,

aliisq; innumeris dotibus est conspicua. Ideo autem sic exponit, quia non sequitur necessario, Appellatur Perusinus, ergo est de Perusia: sola enim nominis similitudo nõ est satis ad confirmandam cuiusque originem. l. si. §. pen. ff. ad municip. de incol. de quo late per Legistas in rubr. ff. solu. matri. qui ex hoc inferunt ad multas quæstiones. Et hoc ideo adiecit autor ad designandam suæ familiæ & agnationis diuersitatẽ ab iis, quæ eiusdem nominis Lancilottorum reperiuntur Romæ, Mediolani, Florentiæ & forsã, etiam alibi: quas tamẽ nulla cognatione vel conjunctione contingit autor.

c. Candidatis. Id est nouitiis scholaribus, & sic not. q. hic liber non est scriptus doctoribus, prout liber Gregorianæ compilationis, & liber Sexti, & Clementinarum. Sic & Iustinianus Institutiones suas cupidè legum iuuentuti nuncupauit non autem iureconsultis cõsummatis. Appellat, autẽ candidatos huiusmodi nouitios, sumpta translatione ab his qui ad magistratũ aliquem apud Romanos aspirabat, qui per comicia induti toga cãdida suffragatõres rogando & obsecrando incedebant.

d. Salutẽ. Soleat autẽ dubitari apud Rhetores an saluatio sit pars epistolæ, vt not. in Proc. sexti libri. arg. q. nõ. Cle. si summus. §. i. de sent. excõ. Putat autẽ Plato scribẽs ad Dionysiu, dum ad amicos scribimus, in inscriptione epistolæ non gaudere, sed bene agere ponendũ esse: sed certe qui salutẽ precatur, bene agere precatur. Sed quid operatur saluatio? Respo. si sumus in primato, operatur remissionẽ iniuriæ. Bald. in l. j. ff. de lib. & posthu. ca. omni. xxij. q. ij. Sic cõtra nõ salutis prius salutare solitus, inimicus præsumitur. nõ. in c. cũ Adrianus. D. lxxij. & per Ab. in c. ad hoc. j. de appel. & in c. cũ super de offi. dele. & in c. reperiẽtur. de accus. Saluatio autẽ Papæ dicitur remittere peccata venialia, secundũ Ab. in Pic. Decr. in vlti. not. vbi de hoc late habetur. Cõuenit autẽ salutãdi actus tam maiori erga minore, quã pari erga parẽ. l. Publica. §. Titius. l. Quint. Mutus. ff. de pos. l. Domitius. ff. de rest. quã etiã inferiori erga superiore, excepto principe qui ab inferiorib; nõ saluatur, exceptis paucis quibus id in privilegiũ cõceditur. de quib; in l. j. C. de pxi. sac. lib. xij. & in l. j. C. de fil. co. li.

# INSTITUTIONVM IVRIS CANONICI LIBER SECVNDVS.

## DE RERVM DIVISIONE ATQVE ILLARVM administratione.

**R**erum. Accipe verbum hoc largissimè vt cõprehendat res temporales & spirituales, corporales & incorporales, iusta ea quæ habentur in l. rei. ff. de ver. sig. & in l. j. ii. si cer. pet. & per Ab. in c. j. de re. iu. & not. in c. ij. de reb. eccl. nō alie. in vj. & passim. b. Superiore libro. Imitatio principij libri secundi institutionū iuris ciuiliſ, & est arg. quōd etiam in principijs librorum faciendā est continuatio.

c De iure personarum scilicet à titulo de iure personarū vsq; huc, licet interseri sint aliqui tituli, qui licet principaliter nō tractent de personis, habent tamen materiam annexam & dependentem, vt est ille de præbendis cū aliquibus sequentibus. vt in d. ritu. in princ. fac. l. r. de lationis. §. afinam. il. de sid. instru. quæ religiosis. ff. de rei vendi. l. a. bor. ff. com. diuid. c. super eo. de parroch. & per Ab. in c. quanto in princ. de indi.

d Videamus. Sicut promissimus supra, de eccl. constitut. §. fin.

e Diuisio. Hæc diuisio sumpta fuit ex his quæ ponit Abb. & Doct. in ca. consulere. de simon. & in c. quanto. de indi. faciunt quæ ponit To. de Sel. in tract. de beneficio parte prima q. vij. num. lxxvj & nu. xxiiiij. & Gamma. in tract. de permut. beneficiorum in princ. num. lxxv. & Rochus de Curte in tractat. de iu. patron. in verbo ius. nu. ij.

f Spirituales sunt. Not. tamen quōd licet plures

& plures sint res spirituales, diuersimodè tamen sunt spirituales. Quædam enim secundum essentiam: vt dona Dei, cap. j. vbi not. j. q. j. Item sanctorum reliquiarum Quædam propter statutū, vt est religio. Quædam quia dependent à potestate spiri-

## DE RERVM DIVISIONE ATQVE ILLARVM administratione.

*Res Ecclesiasticæ sunt aut spirituales, aut temporales. h. d.*

**S**uperiore libro de iure personarū exposuimus, modo videamus de rebus Ecclesiasticis, illarumque tractatione, & administratione. Summa rerum Ecclesiasticarum diuisio in duos articulos deducitur. Nā aut spirituales sunt, aut temporales. Spirituales sunt quæ spiritui deseruiunt, atque animæ causa sunt institutæ, vt sacramenta Ecclesiæ, altaria, & his similia. Temporales sunt, quæ non tam spiritus

quàm corporis & gratia pro Ecclesiasticis ministris, sacrorumque ministrorum vsu sunt comparatæ, vt sunt prædia, domus, & fructus decimales.

*Res spirituales sunt, aut incorporales, aut corporales: & corporales diuiduntur in Sacramenta, in res sacras, sanctas, & religiosas. h. d.*

Rursum spiritualiū quædam sunt incorporales, quædam verò corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt, quales sunt virtutes, & dona Dei, aut quæ in iure consistunt. Corpor-

tuali. Quædam ratione officij. Quædam quia annexa spiritualibus, de quibus omnibus per Abb. in cap. consulere. de simon. vbi ponit quia sit effectus an vno vel alio modo res sit spiritualis.

g Quam corporis. In consequentiā tamen bene comparatæ gratia spiritus, cum spiritualia sine temporalibus subsistere non possint. q. iij. ca. si quis obiecerit. & infra. de reb. Eccl. alien. in princ. & propterea non dixit simpliciter huiusmodi res comparatas causa corporis & non spiritus, sed non tam, &c. q. d. quōd & spiritui deseruiunt, licet principaliter & immediatè corpori. h. Domus. Intellege de domibus profanis, quæ tamē sunt in dominio ecclesiæ, & forte ali-

cui locatæ, nō autem de religiosis quæ magis sunt de membro spiritualium rerum.

i Decimales. Fructus dicit non ius decimandi quia illud spirituale est: vt infra. de decim. in princ. cap. ad hæc. ext. de decim. sac. not. per Ab. in capit. ij. de iuramen. calum.

k Rursum. Subdiuisio.

l Virtutes. j. quest. j. cap. j.

m Consistunt. Vt est ius eligendi, ius patronatus secundum quosdā, præbendā quatenus consideratur tanquam ius, & alia similia de quibus sparsim fuit dicendū tam supra quā infra secundū opportunitatem materiæ, vt proximè immediatè dicitur.



*Extrait du privilege du Roy de France  
& de Polongne.*

**P**AR grace & privilege du Roy est permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer vne foys ou plusieurs, ce present liure intitulé *Institutiones Iuris Canonici, à Ioan. Paulo. Lancelotto Perusino conscripta. Cum eiusdem interpretationibus & glosis denuo correctis & auctis.* Lequel liure il a recouré avec grans frais, mises & despenses: & pource est faict defense de par ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ny distribuer en ses pays, terres, & seigneuries, lesdictes Institutions Canoniques, commentees & augmentees de nouveau par ledit auteur, si ce n'est par le consentement dudict Rouille: & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que sera paracheuee la premiere impression: à peine de tous despens dommaiges & interest, d'amende arbitraire, & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present privilege, ledict Seigneur veut & entend, que apposant vn bref ou extrait de iceluy estant mis au commencement, ou à la fin desdicts liures, il soit tenu pour deuement signifié & notifié à tous ceux qu'il appartiendra, sans qu'ils en puissent pretendre cause d'ignorance. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, comme plus à plein est contenu & déclaré par lesdictes lettres de privilege, sur ce donnees à Paris le quatriesme de Feurier, Mil cinq cens septantehuit, & de son regne le quatriesme.

Par le Roy, en son Conseil.

Signé

MORE.

Et seelé du grand seau en cire iaune à simple queué.

INSTITUTIONVM IVRIS CANONICI  
COMMENTARIVM.

FLAVIVS VRSINVS FERDINANDO  
FARNESIO S. D.

**K**A 1. Feb. accepi abs te literas datas idibus Ianuariis: quas mihi iucundas fuisse, non arbitror necesse esse me ad te scribere, cum ex te nihil ad me proficisci posse, nisi iucundissimum iam pridem exploratum habeas. Sed profecto posteriores hæc eò fuerunt gratiores, quòd vna Commentarium Lancelotti nostri secum attulerunt. Amo enim vehementer ingenij illius elegantiam. Legi itaque totum vno fermè (vt sic dicam) haustu, probauique penitus tuum de libro iudicium, maluisse tamen, tam secundo cursu inchoatum à se negotiū processisset, vt huius nuper à se compositi libelli argumentum illi defuisset, nam & librum Institutionum ipsarum nunc teneremus, & ipse amicis vsus fuisset melioribus, candidioribusque. Quos tamen ille commentario illo suo adeò strenuè (meo quidem iudicio) vlciscitur, vt mihi aliquo pacto suis illis detractoribus debere videatur: qui tam elegantem libellum conscribendi sibi occasionem dederint: eum ego pluribus legendum exhibui, probatulusque est fermè ab omnibus mirum in modum: fermè inquam, nec enim obtineri potuit, quin illico semidocti quidam commentariolum momorderint, non quin, quæ Lancelottus de compositis à se Institutionibus differeret, vera non confiterentur, sed quod in eo illum non obscure aliquid Institutionibus Iuris Ciuilis detrudere conatum esse prædicent. Is enim vno, aut altero in loco eius libelli dicit quædam in illis esse ambigua, perplexa, & quæ inuicem pugnantia videantur, cum tamen Iustinianus nihil esse in toto iure ciuili ambiguum, vel contrarium scriptam reliquerit? Respondi eos Momum agere: qui cum Venerem non posset, sandalium ipsius quasi obstreperum dicitur improbasse, tantum autem abesse, vt ciuilibus Institutionibus aliquid detraxerit, vt ego illis in eo plurimum à Lancelotto nostro tributum esse non dubitem, quem sciam illarum elegantiam non solum laudare, sed admirari solitum: sed profectò in eos interdum incidimus: qui indigni sint, quibus respondeatur. Sed de hoc aliàs. Sum equidem delectatus vehementer cognouisse ex tuis literis te cum delecto studiosissimorum iuuenum numero quotidianis prælectionibus, ac disputationibus in iure ciuili exerceri: hanc enim ego optimã, ac solam propè proficendi rationem esse semper statui, præsertim si non tam ostentationis, quàm discendi adsit studium cum lepore quodam ac nobilibus adolescentibus digna consuetudine coniunctum. Vtinàmque mihi interdum ab vrbano isto, atque amico ambitu secedere, & ad ista vestra studia salua existimatione reuerti liceret, profecto ad vos conuolarem illico. vbi & cum libris diutius, & attentius versari, & remoto ab omni molestia cum optimis commilitonibus securam, ac prope beatam vitam agere liceret. Sed quando mihi nunc hoc non datur, Tu, quem ego me esse alterum semper statui, dum licet, frui honestissimo isto, ac iucundissimo otio, sed ita frui, vt interim non obliuiscaris eius, quod Catonem vsurpare solitum ferunt.

Non minus scilicet otij, quàm negotij reddendam esse rationem, ac studiosum iuuenem Bernardinum Alphenum meo nomine saluere iube. Romæ Nonis Febr.

*Flavius hic  
nunc Cardina-  
lis Vrsinus.*

*Commenta-  
rium Lancelo-  
tti repræhen-  
sum.*

D d \*



COMMENTARII  
INSTITUTIONVM  
IVRIS CANONICI  
INCIPIIT

LIBER PRIMVS.

Ioannes Paulus Lancelottus Perusinus vtriusque Iuris  
Candidatis Academie Perusinae S. D.



**A**SI DVIS vestris tum absens literis, tum praesens interpella-  
tionibus pulsatus facile intellexi (Iuris studiosi) quanto Insti-  
tutionum Iuris Canonici desiderio teneamini. Quatum co-  
piam cum vobis facere honestissimis rationibus hoc tempore  
impediat, agam vobiscum vti aliquando eos solere animadu-  
ueri, qui longo terrarum intervallo disuncti, neque sibi de  
sacris inuicem cogniti per literas sponsalia, vel per procura-  
torem contrahunt, nam si cito congredi impediuntur, & con-  
gressus moram interim non nisi egre pati possint, proprii otis  
ex viuo ductam effigiem, & omnes corporis partes egregie  
experimentem vicissim sibi mittere consueverunt, tum ad le-

niendam desiderium: quo alter alterius conspiciendi tenetur, tum vero etiam, vt ex ipsa  
oris effigie, & totius corporis lineamentis con iugis mores, & ingenium vel quoquo mo-  
do saltem conijciant, sic vos, quousque opus ipsum in publicum dare prohibemur, deti-  
nebit exiguus iste libellus, quo ea quae in quatuor Institutionum ipsarum libros a nobis  
congesta sunt, non aliter complexi sumus, ac facere soleant Cosmographi, cum late pa-  
tentes prouincias, atque adeo orbem ipsum angustis chartularum spatii concludere ni-  
tuntur, veluti enim his multi praetereundi sunt, terrarum, ac marium tractus, & insignes  
saepe ciuitates occultandae, satisque habent si clymata ipsa, & principales mundi partes, ac  
Metropoles vrbes, vel exiguis picturis indicent, caetera inspectorum coniecturae relin-  
guunt, ita mihi plurima in hoc opusculo praetereunte necesse fuit, quae tam angusto spatio  
concludi, vel commodè representari non potuerunt. Erit igitur vestri iudicij, ex hoc li-  
bello iustum, atque integrum ipsum opus quasi ex vnguibus, non dicam Leonem, sed prout  
statueritis extimare, mihi quidem satis id fuerit, si, vt in communem studiosorum vtili-  
tatem aliquid pro exiguitate ingenij conferrem, me nullam intermisisse diligentiam,  
nullis perterritum fuisse laboribus, vel incommodis, nullis denique pepercisse sumptibus  
docuero, si proposito, atque ceptis exitus minus responderit, in nobis culpam omnino  
nullam refidete, atque vt breue hoc totius operis compendium libenti animo conscribe-  
rem, non solum vestra causa adductus sum, vt vos scilicet mei amantissimos aliquo de-  
mereret officio, verum etiam mea. Nam cum in vrbe plura mihi necesse fuerit libri il-  
lius nostri exempla exscribenda curare, eaque saepe per longa temporis spacia non solum  
apud censores operis, verum etiam apud alios plures fuerint, & in diuersorum manus de-  
uenerint, illorum vnum mihi a grauissimo viro subtractum fuit, & alia quoque ex aliis  
exempla clam me a curiosis quibusdam sumpra fuisse compertum habeo. Studiosi enim  
omnes mira quorumcunque nouorum operum cupiditate in eendi solent praesertim non-  
dum in lucem editorum, quod solos se, vel cum paucis ea tenere pulchrum, ac praclarum  
existiment. Vnde adeo interdum auide vndique conquirunt, vt neque a furto ipso tem-  
perant, & inscio saepe authore, dum lucello inhiant, & alienam messem metere cupiunt,  
non nun


*Author saepe  
de edendis In-  
stitutionibus  
requisitus.*

*Mos singulis  
absentium stu-  
dijs inuicem in-  
cognitorum.*

*Cosmographi.*

*Exempla que-  
dam operis au-  
thori subtra-  
cta.*

**I V R I S**  
Canonici





DE  
**COMPARATIONE**  
 IVRIS PONTIFICII ET  
 CÆSAREI, ET VTRIVSQUE  
 INTERPRETANDI  
 RATIONE.

*Praelectio in Rubricam ext. de Testamentis.*

IO. PAVLO LANCELOTTO

L. C. PERVSINO AVTORE.



LVGDVNI,  
 Apud Gulielmum Rouillium.

M. D. LXXIX.

CVM PRIVILEGIO.

825

ILLVSTRISSIMIS ET EX-  
CELLENTISSIMIS DD. MEIS CO-  
lendidissimis Henrico & Camillo  
Gaëtanis fratribus.



**N**ihil unquam mihi tam fuit in votis,  
quam præstari aliquando occasionem, ut  
quantum vobis iam pridem debeam, quoquo  
saltem modo, apud omnes testatum facerem:  
Accidit autem nunc per oportune ut opuscu-  
lum Lancelotti vestri DE COMPA-  
RATIONE VTRIVSQUE IURIS mihi formis excu-  
dendum ornarem splendidissimo nomine vestro: quo ita sum  
gausisus, ut ego iam, & officina mea Triphoni Fabij Quintiliani  
bibliopola solertissimo minime concedamus. Curavi itaque (quo  
ad per me fieri potuit) ut libellus emendatissimus in manus ve-  
stras deueniret: nec enim est quod vobis mea ars efficere hoc possit  
amplius: quanquam autem impressioni exacta adhibita fuerit  
diligentia: fieri tamen potest ut mendis libellus sparsus sit nonnul-  
lus: nam cum grauis admodum est typographis corrigendi labor,  
longa scilicet compositione fessis, ut sepe qua annotaueris non cor-  
rigant pro factis infecta habentes, tum periculo compertum est, ne-  
minem esse tam oculatum, ut mendas omnes euadere possit, ut  
maior prope sit imprimendi labor, quam lucubrandi: confido ta-  
men ex officina nostra nihil tam deprauatum excidisse, quod  
candore, & iudicio vestro corrigi, aut suppleri non possit. Vos ser-  
uuli vestri sedulitatem, atque diligentiam ne aspernemini. Va-  
lete, & valentem patrocinio vestro adhuc valentio rem reddite.  
Perusia V. idus Iunij. 1573.

Humillimus seruulus,  
Valens Panitius.





# DE COMPARATIONE

*Iuris Pontificij & Casarei, & utriusque  
interpretandi ratione:*



IO. PAVLO LANCELOTTO AVTORE.



**L**EGES omnes, ac iura omnia in dirigendis humanis actionibus ad bene, beateq; viuendum, non aliter se habent, quam habenæ, frena, & calcaria, ad incitandos, & moderandos gressus, & cursus equorum, vnde cum lex iubet alieno abstinere, ab iniuria temperare, neminem denique hominem lædere, contrafacientibusq; penas addit: nobis, ac cupiditatibus nostris quasi frena quædam inijcit, & habenas premit, flagellisq; coercet. Cum vero honesta iubet, atque ad ea præmiis nos allicit, naturæ humanæ ad bonitatem stimulos addit, & calcaria subdit: demum cum quædam benigne indulget, permittit, vel tolerat, habenas laxat. Sed tamen tam cohibendo, quam incitando, quam etiam indulgendo ad vnicum tantum, ac certum finem genus humanum dirigit, nempe ad bene, beateq; viuendum.

Sed illud mirum accidit hac in re: nam cum humana mens vna sit, vnus tantum sit humanus intellectus, vna demum generis humani natura: cui moderantur leges, vniformes & illas esse oportuit, & decuit. cum tamen interea illæ multæ sint, tam varia, tam contraria vni homini præcipientes: vt speciem interdum nobis referant plurium infessorum eundem equum in varia, ac diuersa eodem tempore agentium, & distrahentium: ita vt quo tempore hic calcaria admouet, eodem etiam ille habenas contrahat, alius in girum vertat: quo nihil videtur fieri, excogitative potuisse incongruentius, & absurdius. Nam cum leges nobis dominantur, certe vel Evangelica veritate admonente duobus dominis diuersa, imo contraria iubentibus obtemperare, non magis possumus, quam equus eodem tempore cursum atterere, sistere, ac circumduci. huius rei exempla sunt in promptu, nam vt omitamus magnam inter ius naturale, & gentium diuersitatem, quæ nemini nota non est, quam magna est diuersitas inter ius Pontificium, & Casareum: quibus duobus vniuersa ferme Christiana respublica regitur: quam multa vtroque iure statuta municipalibus legibus quotidie immutantur? Ecce ius ciuile, vt sit litium finis, induxit vsucapiones, & præscriptiones, quas disposuit procedere, & compleri etiam si possessori mala fides superueniat. l. cum notis. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. At ius canonicum inhibet omnino præscriptiones scientia rei alienæ, & sic mala fide superueniente, cap. vigilantibus, & cap. si de præ

*Erga homines  
qualiter se ha-  
beant leges.*

*Vna mens hu-  
mana, vnus in-  
tellectus.  
Leges diuersæ  
ac contrariæ.*

*Vnicuique quæ  
variè confido-  
rata.*

de præ

ut iuri canonico incumbentes, simul etiam in utroque iure ita proficiatis, ut vos quoque inter præpositos, Abbates, Archidiaconos, Cardinales, Hostienses, demum inter summos Pontifices, & cæteros insignes viros, quibus hæc facultas sola abundat, numerari valeatis.

PRÆLECTIO IN RVB. EXT.

de testamentis, & ultimis voluntatibus.

**S**ED accedamus iam ad interpretationem rubricæ nostræ, cuius est inscriptio, DE TESTAMENTIS, ET VLTIMIS VOLUNTATIBUS, & cap. CVM ESSES. sub ea positi, qui tractatus se ipsum commendat, ut apparet ex l. j. cum congestis ibi per Doctorem. C. de sacrosanct. eccles. pro cuius intelligentia clariori paulo altius quam communiter faciunt doctores exordiendo cōsidero, quod immortalitas, cuius consequendæ studio omnes homines stimulantur (ut mihi quidem videtur) considerari potest quatuor modis: quædam enim appellari potest immortalitas perpetuitatis. Quædam immortalitas beatitudinis. Quædam gloriæ, quædam vero successionis perpetuitatis immortalitas est, cum quid dicitur immortale eo tantum respectu quod perpetuo, & in æternum durat, ut cum dicimus humanas animas esse immortales intelligimus enim illas perpetuo perdurare iuxta illud Poëtæ, Mortæarent animæ, & ita sumitur in l. properandum. C. de iudic. dum dicitur cauendum esse ne lites fiant penitus immortales, id est ne perpetuo perdurent, sic ex contrario cum lites amplius non durat dicimus litem mortuam, vel mori. l. cum litem ortua alias. ij. ff. iudi. sol. & in l. iij. §. gesta. ff. quæ in fraud. cred. immortalitas beatitudinis est, cum quis dicitur immortalis non solum quia perpetuo duraturus est, verum etiam futurus esse perpetuo beatus, hinc apud sacros scriptores verbo vitæ, beatitudo sæpe designatur, ut cum dicitur hoc fac, & viues Luc. cap. x. id est, beatus eris, & rursus. Qui credit in me vitam habebit æternam. Ioan. cap. v. id est, beatus erit, fac. cap. Christiani de consecra. dist. ij. nec enim is qui non credit, vel mandata non seruat fit immortalis respectu perpetuitatis quia, & eius anima perpetuo perdurat. Sed cum sempiternæ infelicitati sit deputatus, creditur non tam perpetuo viuere quam perpetuo mori. fac. cap. per venerabilem ante si. qui fil. sint legit. & cap. qui sine. xxv. quæst. ij. & quod ex symbolo Apostolico tenemur credere, scilicet vitam æternam intelligendum est de æterna beatitudine, & hæc veluti bene gestis acquiratur: ita pravis moribus amittitur, hinc est quod delicta quædam grauiora solemus mortalia peccata appellare ut in cap. vnum orarium. dist. xxv. scilicet, quod soleant animabus mortem afferre, & immortalitatem adimere: immortalitatem autem non perpetuitatis, nam & animæ damnatorum perpetuo durant, sed beatitudinis: & hoc modo, & secundum hanc intelligentiam forte profani scriptores appellant Deos immortales. Tertia appellari potest immortalitas famæ, siue gloriæ, & est cum quis præclare gestis æternam apud posteros memoriam consequitur, de qua loquitur text. instit. de excus. tutorum in princ. vbi qui in acie pro patria ceciderunt ideo parentibus ad excusationem à tutelis proficiunt: quia per gloriam viuere creduntur, veluti enim

Immortalitas  
quadruplex.

Immortalitas  
perpetuitatis.

Immortalitas  
beatitudinis.

Mortalia pec-  
cata cur sic ap-  
pellata.

Immortalitas  
gloria.

per.